



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio prima. Vtrum mitti conueniat alicui personæ diuinæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Lib. I. Distinctio XV.

poteſt dari per modum autoritatis ab illis a quibus origi-  
natur, quia non eſt autoritas persona ſupra perfonam in  
diuinis niſi ratione originis, vnde nec aliqua perſona fe-  
metipsam dat. Si tamen dat, non per modum autoritatis  
dat, ſed tantum per modum cuiusdam liberalitatis. Sed  
Spi. fan. originatus ſolum a patre & filio & non ab aliqua  
creatura, ergo Spi. fan. non dat per modum autoritatis niſi a patre & filio & non ab aliqua creature, nec per  
modum liberalitatis dari potest niſi ab illis quorum vo-  
luntati ſubſet. Spi. fan. habent a nobis, hi autem ſunt folium  
pater & filius & Spi. fan. quorum eſt vna & eadem volun-  
tas, ergo nec per modum autoritatis potest dari Spi. fan. a  
quacunq; creature.

4. Item nec dona Spiritus sancti poſſunt iſto modo  
dari ab aliqua creature, quia dona illa ſi ſint naturae (cum  
ſint intellectus & voluntas) noſ poſſunt eſſe niſi a creature  
cū intellectus & voluntas ſint ab extrinſico. Si vero ſint  
dona gratiae aut ſunt dona gratiae gratum facientis & ſimi-  
lia aut non ſunt aliud quam acceptatio diuina que non  
potest eſſe ab alio causaliter, nec in alio formaliter mihi in  
Deo, aut ſi ſint aliud cum non poſſint educi de potentia  
ſubiecti vel materia inducuntur a creature ſolidum.

5. Idem intelligendum eſt de donis gratiae gratis datae  
ad hoc q; non ſubſet voluntati creature talia coſerere  
cum eleuent naturam ſupra id ad quod quacunq; natura  
creata ſecundum ſe noſ poſſet attingere ergo nec Spi. fan.  
in ſe nec in donis ſuis poſſet dari a quacunq; creature di-  
recte & per modum autoritatis. Alio modo poſſet dari Spi.  
fan. indirecte per modum miniftri, & hoc modo poſſet dari  
Spiritus ab hominibus non ſolū bonis, ſed etiam malis dū  
adminiſtrant sacramēta ecclēſie in quibus & cum quibus  
datur Spi. fan. niſi recipiens ponat obicem. Poſteſt etiam  
dari ab omnibus talibus occasionaliter per eorū p̄dica-  
tionem ſuadendo viam ſalutis. Poſteſt etiam dari præter  
hos modos Spi. fan. a bonis aliquatenus merendo per orationē  
ſicut legitur de Apostolis actuum. 3. Orauerunt pro  
iþis ut acciperent Spiritu fan. Poſteſt etiam phantasia homi-  
nis immutari per ministerium Angelicum ut in eaappa-  
reant mala fugienda & bona proſequenda. Quibus oſten-  
ſis redit homo de culpa ad gratiam per penitentiam. Et  
ideo Spi. fan. poſſet dari hiſ modis a bonis & malis noſ fo-  
lium hominibus ſed etiam Angelis non directe per modum  
autoritatis, ſed indirecte modis quibus dictum eſt. Et per  
hoc patet ad argumenta.

## DISTINCTIO XV.

Sententialiter Magistri in generali & speciali.

Hic confiderandum eſt. Superior dixit Magister quod  
Spiritus sanctus procedit a Patre & Filio tempora-  
liter. Hic autem inquirit vtrum Spiritus sanctus detur a ſe.  
Et diuiditur in duas. Primo enim inquirit hoc. Et ſecun-  
do quia fecerat mentionem de missione filii determina-  
incidentalicer de ea. Secunda ibi. Hic queritur. Prima di-  
uiditur in tres. Primo enim mouet quæſitionem ſuam. Se-  
cundo ſolut. Tertiò ſolutionem conformat per ſimile de  
missione filii. Secunda ibi. Ad quod dicimus. Tertia ibi,  
ne admirari. Et hac tertia diuiditur in quatuor partes.  
Primo enim proponit in tantum de missione filii in gene-  
rali. Secundò oſtentat quod filius miſſus a patre. Tertiò  
quod miſſus eſt a Spiritu sancto. Quartò quid datus &  
miſſus eſt a ſeipſo. Secunda ibi. Quocirca. Tertia ibi. Et q;  
a Spiritu sancto. Quarta ibi. Deinde aurem hic queritur  
vtrum ſemel. Superior determinauit Magister de temporali  
miſſione Spi. sancti. Et quia in determinando de temporali  
miſſione Spi. sancti mentionem fecit de miſſione filii. Ideo  
in parte ita incidentaliter agit de miſſione filii. Et diui-  
ditur in duas partes. Primo enim proponit ſuū intentum.  
Secundò mouet incidentaliter quandā quæſitionem. Se-  
cunda ibi. Hic queritur cum pater. Prima diuiditur in  
tres. Primo mouet quæſitionem intentam. Secundò ſolut  
aſſignando duos modos iþis miſſionis filii. Tertiò oſten-  
dit diſſerentiam inter modos miſſionis aſſignatos. Secun-  
da ibi, quod dicimus. Tertia ibi. Ideoq; purauerunt. Haec  
eſt diuīſio Magistri in generali.

2. In speciali vero ſic procedit Magister. Et querit pri-  
mo, vtrum Spiritus sanctus detur a ſe, poſteſt ſolut & oſten-

## & Quæſtio. I.

dit quod ſic, quia opera trinitatis ſunt indiuīſa, ſed datio  
Spi. fancti eſt quædā operatio communis tribus perfonis.  
Item quicquid poſſet facere pater totum conuenit aliis:  
ergo ſi pater poſſet dare Spiritum sanctum, ſimiliter Spi.  
fanctus dabat & poſſet dare ſeipſum. Spiritus sanctus etiā  
mittitur a ſeipſo. Poſteſt conformat per ſimile de miſſione  
filii dicens, quod noſ ſolum eſt admirandū quod etiam fi-  
lius dicitur a ſe miſſus in mundum. Poſteſta oſtentat quod  
miſſus filii in carnem & ad p̄dicationem fuīt a patre.

Deinde oſtentat quod fuīt a Spiritu sancto, & hoc confir-  
mat autoritate Auguſtini. Ultimò oſtentat quod filius a  
ſeipſo datus eſt, quia Propheta dicit cum datus nobis, non  
diſtinguendo a quo. Oſtentat etiam quod filius datur a ſe  
& a patre ſicut trāditus eſt a ſe & a patre, nec obſtar quod  
aliquando filius dicitur a me ipſo non vent. Hoc enim intel-  
ligitur ſecundum formā ſerui, miſſio haec eſt filii incarna-  
tio. Tunc queritur pars illa que incipit ibi. Hic queritur,  
vbi querit Magister vtrum ſemel tantum ſit miſſus filius  
Dei an ſeipſe. Et reſpondet Magister quod pater genera-  
tionem eternam quam quoddā myſterium appellat quod  
duobus modis miſſus eſt, ſcilicet viſibiliter in carnem &  
inviſibiliter in mentē: hos modos miſſionis ponit Aug.  
Et diſſert vna miſſio ab alia, nam miſſio in carnem ſemel  
facta eſt, miſſio vero in mentē plures. Item p̄r primam  
miſſionem eſt in mundum, p̄r ſecundam non propriē, imo p̄r  
eam nobis tale donum datur per quod quodammodo ſu-  
per mundum eleuamur. Et hoc conformat per autoritatem  
Aug. Poſteſta queritur cur pater non dicitur miſſus. Et reſ-  
pondet quod hoc ideo eſt quia non eſt ab alio, imo in eo  
eſt principium ſue autoritas, vnde autoritati non cogru-  
bat mitti. Et hoc conformat auroritate Aug. Ultimò excludit  
errorem quorundā diſcentiū quod quia pater non mit-  
tit filius vero mittitur, & Spiritus sanctus. Pater eſt ma-  
ior, filius vero & Spiritus sanctus ſunt minores. Etiam  
reſpondet Magister autoritate Aug. quod propter tamē  
miſſionē nulla ponitur minoritas in perſonis miſſis, ſed  
authoritas miſſentis & effectus viſibilis in creature in qua  
pater non apparet ſicut illi, ſcilicet filius & Spiritus fan-  
ctus. In fine autem dicit quod per ea que dicta ſunt patet  
que ſit miſſio filii & quibus modis mittatur.

## QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum mitti conueniat alii perſone diuina.

Tho. 1. q. 43. ar. 1. C. 2.

Circa diuīſionem iſtam, primo queritur vtrum mi-  
ti conueniat alii perſone diuina. Et videtur quod  
non, quia nihil pertinet ad inferioritatem poſteſt dici de  
vna perſona reſpectu alterius, ſed miſſio in; ortat infe-  
rioritatem in millo reſpectu mittentis, ergo miſſio non  
competit alii perſone diuina. Maior patet quia in tri-  
nitate non ſunt gradus maioris & minoris, superioris &  
inferioris, propter quod Damascenus dicit q; Christus nō  
eſt obediens Patri niſi ſecundum quid & ſecundum quod  
homo, quia obedientia importat inferioritatem. Minor  
probatur quia superioribus & maioribus & nobilioribus  
Angelis non competit mitti ſecundum Diony, ſed folium  
inferioribus, ergo miſſio vt videtur importat inferioritas  
tem.

2. Item miſſio importat separationem miſſi a mittente,  
ſed in diuinis perſonis non ſeparantur ab inuicem, quia  
ſemper vna eſt in alia. Ego in Patre & Pater in me eſt,  
Ioan. 14. ergo &c.

3. IN CONTRARIUM eſt quod dicitur Ioan. 8.  
Neq; a me ipſo veni, ſed Pater meus ille me miſit. Et in eo  
dem Euangeliō ſimile habetur in pluribus locis. Simili-  
ter Gal. 4. dicitur, At vbi venit plenitudo temporis miſit  
Deus filium ſuum.

4. RESPONSO. Circa quæſitionem iſtam videtur  
da ſunt tria. Primum eſt quid importet nomine miſſio-  
nis. Secundum erit qualiter conueniat diuina. Terrium  
qualiter diſſerat a proceſſione & a datione. Quantum ad  
primam ſciendū eſt, quod in creaturis ex quibus tran-  
ſerimus nomina ad diuinam viſiemus q; miſſio eſt motus  
vel exiſtus alii cuius ab aliquo accipientis autoritatem vel  
poſteſtatem ad aliquid agendum vel dicendum, ſicut lega-  
tus dicitur miſſus a Papa, vel nūcias a Domino, qui vtra  
que recipit autoritatem aliquid agendi; telum etiā dicitur  
Deus filium ſuum.

G 3 miſſ.

### Magistri Durandi de

missum d'iaciente eo qd ab ipso recipit virtutem percutienti, & in his omnibus sunt multæ imperfectiones, scilicet motus & mutatio secundum quæ sit intermittente & missum localis separatio & acceptio autoritatis vel virtutis diminuta, vel saltu non euilem, & quia ea quæ sunt in creaturis nō transferuntur ad diuinam nisi segregatis in perfectionibus ideo regremus à missione predictas imperfectiones scilicet motum & mutationem & localem separationem & diminutionem potestatis vel autoritatis, & habebimus qd missio est exitus vnius ab altero absq mutationem & locali separatione accipiendo candeum virtutem & æquum perfectam ad aliquid agendum.

5. Ex hoc pater secundum quod est principale proposuit qd in diuinis est exitus personæ à persona secundum originem absq omni mutatione & locali separatione, & acceptio eiusdem virtutis ad sanctificandum creaturam, & sic in diuinis est missio.

6. Circa tertium est intelligendum quod ista differunt, scilicet processio, missio, & datio, quia processio sicut exitus per longa persona vel praefixa generatio est processio filii à patre, vel cum aptitudine ad alterius terminum sicut filius dicitur procedere à patre & Spi. sanct. ab vero qd in creaturam secundum aliquid in creatura caufatur, missio autem importat originem personæ missæ ab aliqua alia. Et in hoc conuenit cum processione, & importat semper effectum noui in creatura & noui modum effendi in creatura, & in hoc differt à processione quæ conuenit vel cōuenire potest personæ diuina nouo respectu ad creaturam, videtur tamē est totaliter idem cum processione temporalis quæ semper ponit esse & in creatura. Datio autem non importat originem in dato, quia id potest dare se ipsum modo quo persona diuina datur, scilicet ut obiectū cognitum & amatū. Et in hoc differt datio à processione & missione quæ semper important originem productus & missi, sed connatur effectum noui secundum quod attenditur datio. Et in hoc conuenit cum missione. Ex hoc apparet quod quia missio & processio important originem, datio autem non, ideo procedere & mitti non conuenit cuilibet persona diuina saltem patri qui est à nullo, vnde Aug. 2. de Tri. cap. 12. dicit quod pater nusquam legitur missus, quia non habet de quo fit aut à quo procedat, dari autem conuenit cuilibet persona, quia qualibet potest seipsum dare. Quia vero missio & datio semper important effectum temporalem, processio autem non semper, ideo mitti & dari non possunt conuenire diuina persona nisi ex tempore. Procedere autem potest conuenire ab eterno vel ex tempore.

7. A D P R I M V M dicendum, per interemptionem minoris, quia missio in diuinis nō semper importat superioritatem in mittente, nec inferioritatem in missio, sed auctoritatem principiū in uno respectu alterius. Et haec inuenitur bene inter diuinis personas, nec est simile de obedientia quæ est respectu precepti quod pertinet ad dominium quod importat gradum dignitatis qui non est inter personas diuinis. Et quod probatur, quia superiores angelii propter suam dignitatem non mittuntur, dicendum qd forte superiores angelii quandoq mittuntur, licet non regulariter, vt patebit in 2. lib. Et si nunquam mittentur hoc non est propter eorum dignitatem, sed quia omnis effectus ministerii angelici possunt fieri per inferiores angelos. Et ideo non oportet quod superiores mittantur, sed effectus missionis non possunt fieri nisi à persona diuina propter quod oportet quod ipsa mittatur.

8. Ad secundum pater solutio ex iam dicit.

### Q VÆSTIO SECUNDA.

Vtrum missio dicat aliquid notionale  
an essentiale.

Tho. 1. q. 43. ar. 4.

S Econdo queritur, vtrum missio dicat aliquid notionale an essentiale. Et videtur quod dicat aliquid notionale, quia id quod in diuinis sic conuenit vni vel duabus personis, quod nō omnibus est notionale, sed missio conuenit duabus personis, scilicet filio & spiritui sancto, ita quod non omnibus, pater enim non legitur missus ut supra dictum est, ergo missio dicit aliquid notionale.

### Sancto Porciano

2. Item Beda dicit in quadā homilia quod missio Sp. sancti est eius processio, sed processio eius est quid notionale, ergo & missio.

3. IN C O N T R A R I V M arguitur, quia nulla notio est communis filio & spiritui sancto, sed missio communis est vtricq; eterque enim legitur missus, ergo missio non est aliquid notionale.

4. R E S P O N S I O . Videtur est primo quid dicitur esse notionale, & quid essentiale est per hoc appearat quod queritur. Scindunt ergo quod notionale est id quod includit proprium aliquis vnius personæ vel duarum ita qd non conuenit omnibus. Et dicitur notionale, quia notiam facit de persona quācum ad aliquid pertinens ad distinctionem personarum.

5. Essentiale autem dicitur quod conuenit omnibus personatione essentiæ absolute vel alicuius attributi absoluti. Hoc supposito, dicendum qd quedam sunt nomina in diuinis purè essentia, quedam purè notionalia, quedam partim essentia & partim notionalia. Purè essentia sunt sicut bonus sapiens & huiusmodi. Purè notionalia sunt sicut generatio, spiratio & similia partim notionalia & essentia sunt que includunt vtricq sine pluribus nominibus, vt potest generandi secundum illos qui dicunt quod potentia generandi includit essentiam & respectum, vt sapientia genita: sive unico nomine vt incarnatione quod dicit opus commune trinitati & includit sicut gulariter suppositum filii.

6. Qualitercum hoc sit de numero talium est missio, includit enim notionale & essentiale, quod apparet primo de notionali sic, missio est exitus personæ à persona vt apparet ex precedente quod, sed exitus persona à persona est per originem quæ ad notioriam pertinet, ergo missio includit aliquid notionale.

7. Item includit aliquid essentiale, quia missio importat effectum in creatura, sed effectus in creatura est opus commune toti trinitati ratione communis essentiae & potentie, ergo missio includit aliquid essentiale, includit ergo vtrunque.

8. Quid autem includit principalius, credo qd illud quod est essentiale. Quod pater sic, quando duo includuntur in aliquo & vnum est quasi ratio cōpletiva & formalis respectu alterius & aliud quasi materiale præsuppositum, illud quod est formale est principalius, sed in missione illud quod est essentiale est quasi completiu & formale respectu eius quod est notionale, ergo in missione principalius includit essentiale quā notionale, maior de se pater sed minor probatur per Aug. qui dicit, 10. de Tri. quod filius non eo quod filius est à patre missus, sed vel ex eo qd visibilis apparet, vel ex eo quod mentem cuiuscunq; sanctificat. Sanctificatio autem mentis nostræ est quoddam essentiale cum sit à rotâ trini. vt dictum est, ergo formale & completiu in missione est aliquid essentiale, & haec fuit minor, sequitur ergo conclusio, scilicet quod principalius quod importatur per missione est essentiale, dico autem principalius non, quia prædictetur in recto de missione, sed qua complect rationem missionis respectu notionalis quod est præsuppositum vel quasi materiale, vel posset dici quod etiam in recto illud quod est essentiale includit in ratione missionis transformando missionis rationem prius dictam, & forte magis propriæ, sic missio est apparitio personæ diuina procedens in natura creatura quantum ad missionem visibilem vel sanctificatio creatura vel duabus, & sic est de missione vt dictum est.

9. A D P R I M V M argumentum dicendum quod illud quod conuenit vni personæ vel duabus ita quod non omnibus oportet quod importare aliquid notionale. Erni hilominus potest cum hoc importare aliquid essentiale ut sapientia genita, quia per id quod est notionale totum contrahitur vt nō possit dici de omnibus, sed tantum de vna vel duabus, & sic est de missione vt dictum est.

10. Ad secundum dicendum quod missio Spiri. sancti est processio eius, sed præter hoc includit aliquid aliud, scilicet effectum aliquem in creatura & illud est quoddam essentiale.

11. Ad tertium, quod est pro altera parte dicendum est, qd notio potest significari dupliciter. Vno modo in speciali,